



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

An coloni ecclesiarum, & clericorum sint immunes à muneribus publicis.  
Cap. VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

vendere; nec propterea illicite negotiationis pretextu vexari posse; ut refert Barbo: d. par. 2. all. 13: num. 11.

8 Item si Clericus in suo fundo habeat venam ferrariam, etiamq. alio exportet, ut inde ferrum conficiat, & vendat, ad gabellas non teneretur: & idem esset, si alios prouentus ecclesiasticos, vel sui patrimonij deucheret, ut illos alibi venderet Nauar. d. c. 27. num. 128. Barbo: loco cit. d. nu. 11. secus esset, si emeret solam venam & aliorum ministrorum manibus conficeret, ut d. Nauar. loco cit.

In hoc autem statu debet iuramento ipsius Clerici, vel eius numeri afferentis, merces esse proprias, & ad sui usum vehi iuxta gloriam communiter receptam in d. clem. praesenti ver. non negotiandi de censib. Nau. cons. 4: num. 4. de Immunitate ecclesie. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 17. nu. 19. Lezan. in Summ. qq. reg. 10. 1. c. 11. numer. 25. ubi dicit, quod possunt Gabellatij exigere huiusmodi iuramentum, etiam a Regularibus: in casu vero controvrsia non est ad eundem Iudex laicus, ut male sentit Boss. d. tit. de Princip. num. 178. sed ecclesiasticus, ut probatur ex d. clem. praesenti, & dicit Roland. d. con. 71. num. 25. lib. 4. Bellett. loco cit. 5. 6. num. 1.

Limitatur 5: secundum non nullos DD. quando non precessit tria monitio: hoc enim casu clerici non tenentur ad gabellas, neque ad pedagium, quamvis negotientur, ita Abb. cons. 6. in fin. p. 1. qui dicit, id probari in cap. fin.

de Vit. & honest. Cleric. Franc. Marc. decis. 286. num. 3. par. 1. Dian. par. 1. tr. 2. ref. 47. & par. 3. tr. 1: ref. 44. sed contrarium videtur probari ex d. cap. fin. ibi, cumfacto priuilegium abijcant clericale, & ideo in rebus, in quibus sit negotiatio, ipso facto absque alia monitione amitti priuilegium, tenet glos. in d. cap. fin. Feder. de Sen. cons. 207. n. 3. in fin. & alij committit, & de communi usu, & praxi testatur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 133. vbi dicit, quod statim potest exigi gabella a Clericis, etiam si unicum actum negotiationis exerceant.

### S V M M A R I V M .

- \* Coloni ecclesiarum, vel Clericorum non tenentur ad collectas, neque ad alia onera mixta.
- 2 Coloni, vel Conductores clericorum non possunt compellere ad hostitandum milites.
- 3 Quid si habeant etiam bona propria eorum nomine allibrata,
- 4 Coloni partiarum clericorum sunt immunes a collectis pro ea parte fructuaria, quam ecclesie praefare tenentur, non tamen pro ea parte, que ad ipsos facta divisione spectat.
- 5 An Conductor bonorum ecclesie sit immunis a collectis:
- 6 Quando gabellae censantur exercitiae.
- 7 Principes seculares, qui plus certis grauant colonois ecclesiarum, vel Clericorum incident in censuram bulle Cene
- 8 An coloni partiarum mensa episcopalis

- palis, ac S.R.E. Cardinalium  
sunt excepti ab exactionibus lai-  
corum.
9. Coloni Clericorum sunt exempti  
ab oneribus personalibus, & à  
muneribus fôrdidis.
10. An ab his etiam excusatetur emphite-  
tuta ecclœsia, vel Principis, seu  
fisci.
11. Princeps secularis auertens cle-  
ricorum colonos à cultura an-  
incidentat in excommunicationem  
bulle Cœna,
12. An Emphiteuta ecclœsia possit col-  
lectari pro re emphiteotica.  
An lex retractus locum habeat in  
emphiteutæ ecclœsæ ibidem.

## C A P. VII.

An Coloni ecclœsiarum & cleri-  
corum sint immunes à mu-  
neribus publicis.

**D**ico 1. colonos huius-  
modi nō teneri ad col-  
lectas, neque ad alia  
oneramixta pro præ-  
dijs ecclœsiarum, & clericorum:  
tum quia huiusmodi prædia sunt  
exempta: tum etiam quia alias  
læderetur saltem indirectè liber-  
tas ecclœstica, ita Bart. in repet:  
l. placet in fin. C: de Sacros. ecclœs:  
Cayalcan. decif. 44. num. 100. par: 1:  
Bellett. tit. de exempti. Cleric. & cor.  
bonor. à muner. publ: §. 7. num. 1. &  
alijs communiter. vnde nec vale-  
ret contraria consuetudo l. bi-  
penes ubi Bart. C: de Agric. & Censit.  
lib: 11. Leo in T bes: for. ecclœs: par: 1:  
cap. 14. numer. 33. & seq. Sperell.

decif: 42. num. 1. præsertim quia  
cum hæc onera indicantur perso-  
nis pro rebus, ad ea non coloni,  
sed Domini tantum, ac possessio-  
res rerum tenentur Bellett. loc. cit.  
Decian. cons. 51. nu. 14. lib. 3. Surah  
cons. 301. num. 90. lib. 3. Mart. de  
Iurisd. par. 4. cas. 13. nu. 23: Ex quo  
fit, vt grauari non possint, quan-  
do Princeps laicus mandat sub-  
ditis, vt quilibet iuxta agrum  
quem colit, reficiat viam, agge-  
rem contra vim fluminis reparere,  
aquaeductum effodiatur, vel quid simile; quia cum huiusmodi one-  
ra respiciant rem ipsam, eiusque  
conseruationem, & consequen-  
ter imponantur personis pro re-  
bus, spectant ad Dominum fundi,  
non autem ad colonos Natt. cons.  
409 sub num. 7. vol 2. Thes. dec. 106  
sub. num. 14: alias per indirectum  
Princeps secularis grauaret clerici-  
cos; quia si coloni eiusmodi im-  
penas subirent, possent à Domi-  
no repetrere, si finita locatione  
Domino commodū afferunt Bart.  
in l. impensæ ff. de Impens. in reb.  
dot. fact. & in l. prædia §. 112 lega-  
rum ff. de fund. instr. Ludou. dec.  
Perus. par. 1. decif. 24. num. 9. Me-  
nosc. de Arbitr. Iud: cas. 215. num. 4.  
lib. 2. Rolar. cons. 28. num. 24. lib. 1:  
vel possent se conseruare indem-  
nes per retentionem Bald. in  
l. cum duobus §. si in coenda  
num. 2. ff. pro soc.

2. Ex his etiam insertur, quod si  
in agris, & domibus Clericorum  
degant, non possunt compelli ad  
hosipitandum milites, satellites  
&c: quia id fieri nequit, nisi in  
consequentiam grauentur Cle-  
ri.

ci, eorumque bona, in quibus ho-  
spitatio fieret Bald. in l. l. numer. 2.  
C. de Episc. & Cler. Mart. de Iuris.  
par. 4. cas. 86. num. 4. Bellett. loc. cit.  
Gar. de Grass. eff. 3. nu. 126. Sperell.  
dec. 42. num. 15. Vnde Sacr. Con-  
gregatio Episc. & regul. sub die  
9. Junij 1617, prohibuit magi-  
stratibus secularibus, ne in do-  
mum ecclesiasticum personarum,  
etiam laicis locatas milites hos-  
pitaadi causa introducere pre-  
fuerint, ut refert Dian. par. 4. tr. 1.  
ref. 32.

3. Limita, si ultra bona ecclesiasti-  
ca, que colunt, habeant etiam bona  
propria eorum nomine al-  
librata; quia tunc ratione dicto-  
rum honorum non excusantur  
solutione onerum Bart. in d. l. hi-  
penes. tr. pinc. Bellett. d. 9. 7. nu. 3.  
Natt. d. cons. 409. ante nu. 5:

4. Dico. 2. colonos partarios cle-  
ricorum esse etiam immunes pro  
ea parte fructuum, quam ec-  
clesia prestare tenentur; quia hu-  
iusmodi fractus non sunt ipsius  
coloni, sed ecclesiæ, vel clericor-  
um Feder. de Sen. conf. 11. Enn. 10.  
Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas.  
562. nu. 35. & alij communiter; no-  
tamen immunes sunt pro ea parte  
fructuum, qua facta divisione  
ad ipsos colonos spectat? quia  
de ea iudicatur ut de re prophana,  
cum amplius non sit ecclesiæ  
Boss. in tit. de Princip. num. 121. &  
174. Nau. in man. cap. 27. num. 128.  
Natt. d. cons. 409. num. 6. & seq. Ric.  
in Collect. dec. 165. par. 1. Feder. de  
Sen. d. cons. 111. num. 10. Gemin. in  
cap. quamquam num. 11. de Genib.  
in 6. Surd. cons. 301. num. 89. lib. 3.

Roland. cons. 61. nu. 15. vol. 4. T hes.  
dec. 116. nu. 10. Riminald. Sen. conf.  
740. numer. 12. vol. 4. & alij apud  
Dian. par. 3. tr. 1. ref. 19. & banc es-  
se magis receptam sententiam di-  
cit Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2.  
cas. 562. num. 37. quemadmodum  
conductor, cui pro certa pecunia  
locati sunt fructus bonorum ec-  
clesiæ, vel clericorum, eadem ra-  
tione tenetur ad collectas, seu  
gabellas pro fructibus recollectis  
Boss. loco cit. Guid. Pap. dec. 208. &  
alij apud Cauakan. decis. 44. n. 97.  
quod procedit etiam in conda-  
ctiose bonorum mensæ Episcopali-  
bus etiam ad longum tempus, ut di-  
cit Sperell. d. dec. 42. nu. 21. nisi col-  
lectæ, & gabella esset ita exces-  
siæ, ut magna cum difficultate  
Ecclesiæ, seu Clerici inuenirent  
colonos, seu conductores cap. vii  
de Immun. eccl. in 6. Feder. de Sen  
& Gemin. locis cit. Sylvan. conf. 9.  
num. 7. T hesaur. decis. 116. num. 9.  
Vulp. in Prax. audio. cap. 17. nu. 18.  
quod remittitur arbitrio Iudicis  
ecclesiastici cap. si Iudex de sent.  
recom. in 6. Menoch. loco cit. n. 35.  
Purpur. conf. 594. nu. 10. in fin. lib.  
2. censemper autem gabella, seu  
collectæ excessiæ, quando colo-  
ni clericorum ultra modum,  
se plusquam coloni laicorum gra-  
uarentur ita, ut cogarentur Cleri-  
ci locare minus quam alij secula-  
res Cauakan. d. decis. 44. num. 98.  
Feder. de Sen. d. cons. 111. n. 10. Me-  
noch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 572.  
num. 47. & tunc gabella soluenda  
non erit, cum in fraudem id fa-  
ctum censemper, idem Menoch.  
cons. 136. num. 25. n. 2. Bellett. loco  
cit.

7. cit. 5. 7. num. 5. Port. conf. 184. nū. 9.  
impr. o. Principes seculares, qui  
plus ceteris grauitat colonos ec-  
clesiarum, vel Clericorum inci-  
dunt in censuram bullæ. Cœna  
tamquam indirecte Iudentes lib-  
beratem ecclesiasticam. Vgolin.  
Super d. Bull. c. 18. ad ver. directe,  
vel indirecte par. 2. Quaran. in ver.  
vestigial. ver. item bullus. Bulla.
8. Colonos vero partarios mēs  
episcopalibus, ac S.R.E. Cardinaliū  
durante colonia esse, exēptos ab  
exactionibus laicorū resolutis Sac.  
Congreg. apud Sperell. d. decis. 42.  
numero 21. & 22.
9. Dico 3. quod coloni clericoru  
sunt exempti ab oneribus per-  
sonalibus; & ideo non tenentur ad  
operandum cum bovis, & plau-  
stris pro arcis fortificatione, ar-  
ginumque, ac pontium reparatio-  
ne, salisque vestigatione Rimi-  
nald. sen: conf. 740. num. 12. vol. 4.  
Syluan. conf. 9. ter tot. Surd. conf.  
301. num. 79. vol. 3. Decian. conf. 51.  
nū. 42. lib. 3. Lotter. de Re Benefi-  
ciom. 1. lib. 1. quest. 31. num. 46. &  
seq. nec tenentur mittere equum,  
currum, vel quid simile Surd. d.  
conf. 301. num. 90. vol. 3. quicquid  
dic. it Thesaur. dec. 116. nū. 5. Natt.  
conf. 409. num. 8. tom. 2. & alij. Itē  
10. à munib. sordidis, de quibus  
in l. maximarū. C. de excusat. mun.  
lib. 10. exempti sunt per l. 2. C. de  
Episc. & cler. à quibus etiam excu-  
satur emphiteuta ecclesie Meno-  
ch. de Arbitri. Iud. lib. 2. cas. 562.  
num. 32. & 33. quemadmodum  
ea non tenetur subire emphiteuta sacerdoti, & principis l. fin. C.  
egd. sit. de excusatione. & hæc op-
- nio mihi valde probabili videret,  
tunc quia magis facili religioni &  
fanti persone ff. de Relig. & sumpt.  
fan. tum quia à munib. per-  
sonalibus facile quis excusat.  
placeat. ver. ministrum C. de fiore:  
celes. etiam quia tam ipsi co-  
loni, quam boves, & equi sunt  
instrumenta fundi / instrumenta  
ff. de fiore. inf. & ideo in his gra-  
mati non possunt coloni, quin per  
indirectum grauientur & clerici,  
cum eo casu non sine magno cle-  
ricorum incommodo à culta  
rerum ecclesiasticarum distrahe-  
rentur; Vnde multa Doctores te-  
nent, Principem secularem auer-  
tentem clericorum colonos à  
cultura tempore presertim, quo  
predia, & fruges opera indigent,  
& cultura, indirecte ledere liber-  
tatem ecclesiasticam impediendo  
Clericos, ne vtantur re sua, & in-  
cidere in excommunicationem  
bullæ cænæ Domini, ita Surd. conf.  
301. num. 84. 10. 3. Leo in Thes. for.  
eccl. par. 1. cap. 14. num. 33. Qua-  
ran. in ver. vestigial. ver. item bu-  
lus bulla Canalar. d. dec. 44. n. 160.  
par. 1: Syluan. conf. 9: num. 12. Bur-  
sat. conf. 42. num. 20. vol. 1. Menoch:  
conf. 13. & num. 15. lib. 2. Paris. conf.  
26. num. 10. & seq. vol. 1. Lotter. de  
Re Benefici. tom. 1. lib. 1. q. 31. num-  
ero 48.
11. Dico 4. quod emphiteuta ec-  
clesie potest collectari pro re  
emphiteotica, deductio eneas?  
quia res iudicatur propria illius;  
penes quem reperitur: dominum  
enim utile emphiteuta est quid  
separatum à dominio directo ip-  
sius Clerici, & ecclesia; & idem

de laici tantum, non ecclesie præ*judicio tractatur* Surd. conf. 338: num. 14. lib. 3. Purpurat. conf. 332. num. 4. vol. 1. & conf. 394. num. 1. & seq. vol. 2. Bald. conf. 31. num. 2. vol. 1. Bellett; loco cit. §. 3. num. 5: Alex. conf. 101. num. 11. lib. 1. & banc. esse communem dicit Valaf. in tr. de iur. emphit. q. x. 7. num. 11. & seq. & veriore, ac magis receptam dicit Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. sas. 562. num. 31. Thesaur. dec. 116: num. 8: & ibi Add. vers. ceterum dixi, deducendo onere, quia in catastro, & æstimo bonorum emphiteoticorum debet haberi ratio pensionis, quæ præstatur Domino directi, ut tanto minus ipse emphiteuta soluat pro æstimo, ut d. Menoch. d. cas. 562. n. 29. Bellett. et sup. nu. 5:

Ex quo infertur, quod licet ad præscribendam rem cuiuslibet ecclesie requiratur spatium 40. annorum cap. de quarta ex. de Præscript. & aduersus Romanam centrum Auth. ut ecclesia Rom. &c. tamē contra earūdē ecclesiarum Vassallos, vel emphiteutas ad præscriptionem vtilis eorum dominij sufficit tempus commune, quod aduersus quolibet priuatos sufficeret Alex. conf. 169. num. 3. vers. sed premissi non obstantibus vol. 2. & alij apud Valaf. d. q. 17: nu. 13. vbi etiam addit, quod lex retractus habet locum etiam in emphiteusi ecclesiæ, & ita etiam tenet Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glof. 3. nu. 3. & latius glof. 13. num. 8. Alex. conf. 27: num. 5. lib. 6.

Contrariam tamen sententiam generent alij graues Doctores per l.

priuatae C. de excusat. mun. lib. 10. vbi prædia emphiteotica Principis, seu fisci ab extraordinarijs præstationibus eximuntur; & ideo putant, hac etiam immunitate gaudere emphiteutam ecclesiæ, cum fiscus, & ecclesia à pari procedant, ita Bart. in d. priuatae n. 2. Cassan. in comment. ad Confuet. Burg. rub. 4. §. 6. in textu, ibi, & ser. it medietatem onerum num. 6. vers. et intellige predicta Sylwan. conf. 9. n. 9. vers. his tamen minime obstantibus, & num. 17. & 18. Ruin. conf. 111. num. 10. lib. 5. Leo in Thesaur. for. eccles. par. 4. cap. 1: num. 90. & communem dicit Ceuall: in specl: opinion: commun. con. commun: q: 726: & alij apud Bellett. d. §. 3: numero 5:

### S V M M A R I V M.

- 1 Emptores fructuum ecclesiæ regulariter non gaudent immunitate à gabellis:
- 2 Emptores fisci ad vectigalia, & gabellas tenentur:
- 3 Declaratur supradicta cōclusio.

### C A P. VIII.

An, & quando ementes ab Ecclesia, seu clericis sint immunes à gabellis.



Vamus ecclesia, & Clerici sint, pro fructibus perceptis ex proprijs bonis, immunes à gabellis, vec-

cti-